

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe

der Quellschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.

Neunundzwanzigster Band.



Hannover und Leipzig.

Hahn'sche Buchhandlung.

1904.

Die Hs. a, VII, 17 des Benedictinerstifts S. Peter in Salzburg (A) enthält Bl. 154. 155 von einer Hand des 11. Jh. ein Schreiben des Papstes Leo (IX.?) an die Bischöfe und Aebte Frankreichs, das in der Hs. a, VIII, 15 (B) Bl. 118 von einer Hand des 13. Jh. mit einer Erweiterung in der Mitte sich wiederholt findet. Der Inhalt besteht in einem Protest gegen die Beraubungen der Kirche (des h. Petrus) und bringt eine lange Reihe grossentheils den Psalmen entnommener Verwünschungen. Ein eigentliches Schlussprotokoll fehlt, sodass das Ganze den Eindruck einer Stilübung macht. Ihren Wortlaut hier zu veröffentlichen dürfte nicht uninteressant sein, da ein päpstliches Schreiben 'Indicatum est nobis' nach den Initien bei Jaffé-Wattenbach II nicht bekannt ist.

Leo^a episcopus servus servorum dei. Dilectissimis fratribus et [f. 154^v] filiis archiepiscopis atque suffraganeis eorum, abbatibus et monachorum congregationibus in Francia conmanentibus salutem perpetuam. Indicatum^b est nobis, filii karissimi, quod in vestris regionibus malignorum hominum perversitas creverit, ita ut res vestras in suis pravis usibus^c redigere cupiant. Quapropter ex auctoritate dei patris omnipotentis et filii eius domini nostri Iesu Christi et spiritus sancti paracliti^d atque ex vice beati Petri apostoli necnon et beatę Marię^e matris domini et per beatos angelos et apostolos martires^f confessores ac virgines excommunicamus eos atque maledicimus, qui possessiones servorum sancti Petri et quicquid^g ad illos pertinet, tollunt et^h invadunt. Sit pars eorum cum Dathan et Abironⁱ, quos terra^k pro sua superbia vivos absorbit; et cum Iuda proditore, qui dominum precio vendidit amen^l. Fiant filii

a) '[L]eo' B. b) '[I]ndicatum' A. c) 'uisibus' A. d) 'paraclyti' B. e) 'beate Marie' B. f) 'martyres' B. g) 'quicquit' B. h) fehlt A. i) 'Abyron' B. k) Darnach 'sua' durchstrichen B. Vgl. Num. 16, 32. l) A beginnt nach 'amen' jedesmal eine neue Zeile.

eorum orphani et uxores eorum viduę^a; nutantes transferantur filii eorum et mendicent, eiciantur de habitacionibus suis; scrutetur foenerator^b omnem substantiam eorum et diripiant alieni labores eorum^c. Et iterum: Omnes qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium dei, deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti^d amen. Sicut ignis qui comburit silvam et sicut flamma conburens montes, ita persequeris eos in tempestate tua et in ira tua turbabis eos^e; impleas^f facies eorum ignominia, ita ut erubescant et confundantur et pereant^g amen. Sintque maledictiones ille^h, quas dominus super filios Israel [f. 155] perⁱ Moysen^k promulgavit, super illos qui bona et villas sancti Petri depredantur; sintque maledicti in civitate, maledicti in agro et in omni loco amen. Maledicta celaria eorum, maledictus fructus ventris eorum et fructus terre^l eorum amen^m. Maledicta omnia queⁿ illorum sunt et maledicti egredientes et regredientes^o amen. Disperdat eos dominus de terra velociter amen. Percutiat eos dominus fame et siti, egestate frigore^p et febri, donec pereant amen. Tradat illos dominus corruentes ante hostes^q eorum amen. Sintque cadavera eorum in esca^r cunctis volatilibus^s celi et bestiis terre^t amen. [^uFiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributiones et in scan(dalum), obscu(rentur) oculi eorum ne vi(deant) et dorsum eorum semper incurva^v. Effunde super eos iram tuam et fu(ror) ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta et in taberna(culis) eorum non sit qui inhabitet^w. Appone iniquitatem super iniquitatem [eorum]^x et non intrent in iustitiam) tuam. Deleantur de libro viventium et cum iustis non scri(bantur)^y. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti^z et angelus domini coarctans eos. Fiat via illorum tenebre et lubricum et angelus do(mini) persequens eos^a. Erubescant et revereantur simul, induantur confusi(one) et reverentia^b. Gladius eorum intret in corda ipsorum et arcus eorum confringatur^c. Cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt, se violare sancta tua^d. Erubescant et conturbentur in seculum seculi et confundantur et pereant, ut cognoscant, quia nomen

a) 'vidue' B. b) 'fen-' B. c) Vgl. Ps. 108, 9—11. d) Ps. 82, 13. 14. e) 'in ira — turbabis eos' fehlt A. f) 'imple' B. g) Vgl. Ps. 82, 15—18. h) 'ille' B. i) 'per' fehlt B. k) 'Moysen' fehlt B. l) 'terre' B. m) 'amen' fehlt B. n) 'que' B. o) 'ingredientes et egredientes' B. p) 'et fri-' B. q) 'h' übergeschrieben A. r) 'esca' B. s) 'volatibus' A. t) 'celi . . terre' B. u) Das in Klammern Eingeschlossene fehlt A. v) Ps. 68, 23—24. Vgl. Röm. 11, 9—10. w) Ps. 68, 25—26. x) 'eorum' fehlt B. y) Ps. 68, 28—29. z) Vgl. Ps. 1, 4. a) Ps. 34, 8—9. b) Ebd. 26. c) Ps. 36, 15. d) Judith 9, 11.

tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra^a.] Percutiat eos dominus ulcere pessimo^b, scabie quoque et prurigine, amentia et cecitate amen^c. Palpentque in meridie^d sicut palpare^e solet cecus in tenebris^f amen. Et sicut dominus beato Petro apostolo eiusque successoribus, cuius^g vicem tenemus quamvis indigni, potestatem dedit: ut quodcumque ligarent super terram, ligatum esset et in cēlis^h, et quodcumque solverent super terram, solutum esset et in cēlisⁱ — ita illis si emendare noluerint, cēlum^k claudimus et terram ad sepeliendum negamus, et^l dimergantur in inferno inferiori solvantque quod gesserunt sine fine amen. Si autem ad poenitentiam^m et emendationem venerint [f. 155^v] et secundum modum culpeⁿ fructus dignos poenitentia^o fecerint, omnia mala ista avertat deus ab illis^p et nos parati sumus ad recipiendum^q et orandum pro illis. Si autem ad emendationem noluerint venire, perpetuo anathemate feriantur ita: *Æcclesiam*^r dei non intrent, pacem cum christianis non habeant, nec ullam participationem faciant, corpus et sanguinem domini nec in die mortis percipiant, sed eterne^s oblivioni traditi tanquam pulvis ante faciem venti fiant et cum diabolo et angelis eius perpetuis ignibus tradantur et sicut lucerna ista extinguitur, sic extinguantur anime eorum in fetore^t inferni amen.

a) Ps. 82, 18—19. b) Deut. 28, 35. c) Vgl. Deut. 28, 27—28.
d) Vgl. Iob 5, 14. e) Mit 'palpare' beginnt B fol. 118^v. f) Deut. 28, 29.
g) 'nos' add. B. h) Matth. 16, 19; 'et in celo' B. i) 'et quodcumque — cēlis' fehlt B.
k) 'cl. celum' B. l) 'ut' B.
m) 'penit-' B. n) 'culpe' B. o) 'penitentie' B. p) 'deus av. ab eis' B.
q) 'eos' add. B. r) 'eccl-' B. s) 'eterne' B. t) 'fetore' B.